18

Serenissime et potentissime Rex, Domine clementissime.

Regiam Majestatem vestram humillime celare non possumus, ~~cives~~ nonnullos ex civibus nostris, ~~in~~ Hitlandiam ~~communiter~~ commercia ~~[illegible]~~ ~~communiter~~ quotannis frequentantes, ~~[illegible]~~ conquestos esse super inimicis et antehac inauditis exactionibus, quibus ~~[illegible]~~ nupera aestate a nonnemine ~~a quibusdam ministris~~ publicam authoritatem prae se ferente ~~[illegible]~~, citra ~~ullam~~ exhibitionem ullius mandati Regii, in modo dicta Regiae vestrae Majestatis Insula Hitlandia, pressi et onerati fuerunt. Cum autem hanc querelam ad Regiae vestrae Majestatis cognitionem pertinere, eandemque pro Regia sua aequanimitate et clementia hujusmodi excessus correcturam nullatenus dubitemus; praefecto curiae Hanseaticae, quae est Londini, dno Jacobo Jacobsen, in mandatis dedimus, ut Regiae vestrae Majestati, ejusve ad ~~[illegible]~~ haec et similia negotia deputatis vel deputandis consiliariis Regiis, rem totam cum omnibus circumstantiis plenius exponat, et quae ad reparationem damni ~~illati et [illegible] illati~~ civibus nostris ~~[illegible]~~ illati, tum in futurum ad majorem eorundem securitatem faciunt, debite petat. ~~Humillime~~ Humillime itaque rogamus ~~[illegible]~~, velit et jubeat Regia vestra Majestas, ut dictis scriptis ~~[illegible]~~ praememorati mandatarii nostri, non ~~[illegible]~~ tantum plena fides adhibeatur in hac causa, sed etiam ut cives nostri, humillimae hujus recommendationis nostrae speratum ~~[illegible]~~ et ex Regiae vestrae Majestatis gratia exspectatum fructum sentiant. Ita vovemus, et Regiam vestram Majestatem cum tota ~~domo~~ familia Regia, divinae protectioni committimus, ~~[illegible]~~ nos quoque et totam hanc

1661, nov. 20

Civitatem, ~~[illegible]~~ perennanti gratiae Regiae devotissimè commendamus. Dabantur sub secreto civitatis nostrae, die 20 Novembris, aº ClƆbi.

Regiae vestrae Majestatis

humillimi et devo-
tissimi

Consules et Senatores
liberae Imperialis civi-
tatis Bremensis.

Angl. Senatus Brem.
ad
Regiam Majest. magnæ Britanniæ

in caa
der Grönlandsfahrer.

20. Novemb.
Aõ 1661.